

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

167. An Novitus possit condere testamentum, servatis tantum  
solemnitatibus juris Ecclesiastici, non autem Civilis; & quid de Clericis ex  
testamento confecto ab ipso sine forma juris Civilis potest ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

§. 2. & in R. Iubilæum, si postea illud non lucretur, non reincidit  
62. §. Verū tamen in censuras, & liber remanet à reservatione;  
& in alio §. ergo idem dicendum erit de Nouitiis vi privilegio-  
corū annot. rum absolutis, cùm eadem militet ratio.

## RESOL. CLXVII.

An Nouitius possit condere testamentum, seruatis tantum solemnitatibus iuris Ecclesiastici, non autem Ci-  
vili? & quid de Clericis?

Et notatur, quod heres aliquis Nouitiij, vel Clerici ex testamento confecto ab ipso sine forma Iuris Civilis potest in conscientia hereditatem adire, & possidere. Etiamque aduenture Nouitium Societatis IE SV, etiam si posset validè condere testamentum, peccare tamen venialiter, si hoc faceret absque licentia Superioris.

Et queritur, An Patres Societatis IE SV, qui post annum Nouitiatus emittunt tria vota substantia- lia, possint validè testari absque licentia Superioris?

Et quid est agendum, si talis Religiosus licentiam non petierit, sed facto testamento mortuus sit, possit-ne Superior testamentum sine sua licentia factum rescindere?

Et docetur Collegia, & domos professas Societatis IE SV, posse heredes instituti sive ab aliquo suis Religioso, sive ab extraneo, & professos Societatis IE SV, tantum esse incapaces successionis ab intestato.

Et notatur de usufructu testamentaria fieri posse à Nouitiis, non obstante Concilio Tridentino, scilicet 25. c. 16. de reformato? Ex part. 9. tract. 9. & Milc. 4. Resol. 16.

Sup. hoc in §. 1. A ffirmative respondent Praepositus, Anchazar, nor. seq. & in cod. §.

Ranus, Suarez, Tapia, Molina, & Azorius apud Sanchez lib. 7. in Decal. cap. 5. numero 19. ea dicit ratione, quod Nouitiij inter personas Ecclesiasticas computantur, gaudēntque prīilegio fori instar Ecclesiasticarum, & quod militi militiae Ecclesiastis non debet denegari, quod conceditur militi militiae armatae, iuxta Glofham. 1. miles, v. facere. ff. de re iudic. nimirūm ut possit facere testamentum absque forma solemnii iuris ciuilis. Et hanc opinionem esse probabilem putat Vvadimus, tract. de contr. disp. 4. dub. 5. §. 1. numero 2. & Pellizarius in Man. Regular. tom. 1. tractat. 2. cap. 7. qust. 13. Sed ipsi merito negatiue sententia tanquam probabiliore adhaerent, & docet etiam Castrus Palauus tom. 3. disp. 1. punc. 14. num. 2. Quod probatur: nam licet probabilitate affuerint Ferdinandus Vasquius, lib. 3. de creat. success. §. 22. num. 37. cum sequentibus. Suarez contra Regem Anglia lib. 4. capite 16. & alij Clericos in testamento non teneri seruare formam à iure ciuili statutam. Tamen magis probabilitate contrarium docuit Sanchez in Summ. tom. 2. lib. 7. c. 3. n. 20. Molina disp. 133. Vasquez in p. 2. disp. 167. Salas de legibus. disp. 14. secl. 8. cum aliis ex fundamento paucim à Theologis recepto in materia de Legibus, quod Clerici teneantur legibus Principum laicarum, quando sunt generales pro tota communitate, & non disponunt directe de clericis, aut rebus eorum, nec aliquid continent, aut faciis Canonibus, aut statui Clericorum repugnans, vt fatis declaratur cap. 1. de novi operis nunciacione, & innuitur in cap. Innotuit, de arbitris: atqui leges irritantes Testamenta sine certa solemnitate sunt istius generis: ergo iis tenentur Clerici.

2. Dices primò: Personae supradictæ sunt à seculari potestate exemptæ: ergo non possunt eius legibus obligari: hoc est argumentum Vasquij. Resol. 16. At quid dicendum, si talis Religiosus ex Societate licentiam non petierit, sed facto testamento mortuus sit, possit-ne Superior testamentum sine sua licentia factum rescindere? Suarez tom. quarto, de Religion. libro quarto, de Inffirm. Societatis IE SV, capite 6. docet omnino id posse idemque existimat de omnibus dispositionibus, etiam inter-

pondetur negando consequentiam; quia etiam sint exempta; propter conformitatem tamen cum ceteris Reipublicæ in qua vivunt, membris, volunt Ecclesia eos obligari legibus totius Communis, quando concurrunt quæ in probatione alius sumptuus.

3. Dices secundò Ecclesia in cap. Cum effe de te-  
stament. reduxit eos ad solemnitates iuris gentium. Respondetur, Capitulum cum effe, ex communis sententia, & praxi tantum habere locum in terris temporali Pontificis iurisdictione subiectis; extra vero illas, nec Laicos, nec Clericos, nisi specie Regnum statuta, aut consuetudines legem ciuilium abrogauerint, dispositioni illi se posse conformare. Et forte, cum Suarez, existimauerit dispositionem istius capituli esse pro omnibus Clericis, et multi sentiunt, consequenter negavit testamentum Clericorum, cum sola solemnitate istius capituli facta censerri debere irrita; in materia vero de legibus aliis, & communiori secutus sententiam, dicit Clericorum testamento (ad causas scilicet profana; ad plias enim alter iudicandum) sine solemnitate iuri ciuilis esse irrita.

4. His tamen non obstantibus nota, quod hares alicuius Nouitiij, vel Clerici, ex testamento confecto ab ipsis sine forma iuris ciuilis, potest in conscientia hereditatem adire, & possidere sine probabilitate opinionis assertentis, ut supra videtur, Nouitiis, & Clericos posse testari abique solemnitate requisita à iure ciuili, licet ego, vt dixi, contrarium teneam.

5. Notat vero Castrus Palauus tom. 3. disput. 1. punc. 14. numero 15. Nouitium Societatis IE SV, etiam si possit validè condere testamentum, peccare tamen venialiter si hoc faceret abique licentia Superioris.

6. Sed hic obiter oritur difficultas, an Patres Societatis IE SV, qui post annum Nouitiatus emitunt tria vota substantia- lia, possint validè testari absque licentia Superioris? tale testamentum esse in validum putat Molina disp. 139. Lessius lib. 2. cap. 4. dub. 5. Sed Suarez tom. 4. lib. 4. cap. 6. Sanchez, & Azorius, quos citat, & sequitur Vvadimus, ubi supra, §. 2. contrarium tenent: docent enim validè eos testari, sine licentia Superioris. Et ratio est, quia qui validè de suis rebus disponit inter viuos, validè quoque disponit in morte, nisi specialiter à iure redatur inhabilis ad testandum: atqui nullum ius pecuniariter reddit Scholasticos Societatis inhabiles ad disponendum per testamentum, magis quam inter viuos.

7. Dubitari autem potest, an illicitè testentur. Respondetur: Si testamentum condant cum animo Superiori illud subdendi, vt ipse, si velit approbat aut reiciat, nec velint effectum forti, nisi ex consensu Superioris, non videntur peccare: quia sicut possunt Superiori tradere quacunque alias suæ voluntatis declarationem inter viuos, ut approbat, vel improbat, ita & possunt voluntatem dispositionis post mortem. Verum si facerent testamentum sine animo subdendi Superiori, sed absolute exequendi sine licentia, prœculdubio peccarent contra promissum, & etiam votum paupertatis, volendo exercere actum dominij, qualis est testamentum confectio independenter à voluntate Superioris.

8. At quid dicendum, si talis Religiosus ex Societate licentiam non petierit, sed facto testamento mortuus sit, possit-ne Superior testamentum sine sua licentia factum rescindere? Suarez tom. quarto, de Religion. libro quarto, de Inffirm. Societatis IE SV, capite 6. docet omnino id posse idemque existimat de omnibus dispositionibus, etiam inter-

# De Dubiis Regular. Ref. CLXVIII. &c. 111

inter viuos factis; quia licet putet validè donare in ter viuos Scholasticum, tamen addit, donationes tales esse infirmas, sive ad arbitrium Superioris reuocabiles, & omnes contractus sine licentia initos esse retractabiles. Quia in re Suarez authoritatem magnificatio, & potuit fieri, ut Ecclesia tali condicione dominum reliquerit illis, vt non solùm peccatum alienando sine licentia, sed etiam ut tales contractus effent à Superiori rescindibiles. Sed non video sufficiens fundamentum hoc afferendi; quia posito ( ex mente Suarez, Sanchez, & aliorum multorum ) quod votum paupertatis faciat tantum, ut illicitè usurpetur dominium à Religioso sine licentia Superioris, valida tamen sit illa translatio dominii quantumvis peccaminosa; non possumus afferere donationem semel validam contraharum suam fieri reuocabilem ad arbitrium Superioris, nisi lex specialiter id statuat, sola enim prohibitio donationis non est sufficiens fundamentum: cum donationes aliae, quae sunt illicitæ, sint tamen plerumque irreuocabiles; & ita temperanda cum aliqua distinctione lententia illa videtur. Si enim Religiosus talis testamentum condens, moriatur antequam illud Superiori ostenderit, Superiorum dico posse presumere eum voluisse, ut subderetur, & revocari possit; & tunc rescindet validè, & in tali causa succedetur illi ab intestato, non à societate, sed ab amicis: & quod ad illam præsumptionem procedit opinio Suarez. Si vero ex circumstantiis apparet noluisse Superiori ostendit, aut ab eo reuocari dico esse validum, & heredes institutos succedere. Hoc usque Pater Vvadimus ex societate. Sed quia sunt materiae propriæ, & individualiter spectates ad dictam Religionem, meum iudicium non interponam, solum referre volui quid ipsimet sentiant. Et idem ne deseras recognoscere Cardinalem Lugo de Iustitia tom. 2. disputatione 3. num. 79. Pellicianum in Manuali Regularium tomo primo, tractatu quarto, capite secundo, sectione secunda, numero 159. & 160. Sicut etiam facio de alia quæstione; nam Sanchez libro 7. de precept. capite 27. num. 24. licet Collegia, & domos professiæ Societatis Iesu, concedat posse heredes instituti, sive ab aliquo suo Religioso, sive ab extraneo, & in hoc puncto veritatem attingat; tamen negat Coadiutorem formatum, aut professorum Societatis posse hæredem instituti, & in hac parte nihil nos differre ab ordine Sanceti Francisci, legatum aliquod fatetur posse personis particularibus relinquiri, illudque acquiri Collegio, ac domui in qua persona illa habitat. Cum Sanchez consentit Layman libro 3. tractatu 5. capite 5. numero 4. Sed Pater Vvadimus tractatu de contraria disputatione quarta, dubio quinto, §. 4. numero 5. putat omnino probabilis Professiæ Societatis tantum esse incapaces successionis ab intestato: & circa successiones eodem modo se habere Professiæ Societatis, quo se habent omnes Religiosi in Gallia, qui ab intestato non succedunt, sed tantum ex testamento: possunt ergo Professiæ Societatis heredes testamenti instituti, sicut Religionum aliarum Professiæ & Collegia, vel domus professa possunt eorum nomine hæreditatem adire. Probat hoc Vvadimus pluribus rationibus.

9. Nota tamen contra Castillum de usufructu lib. 1. cap. 65. numero 7. Gutierrez, Spino, & alios, testamento fieri à Nouitio, non obstante decreto Concil. Trid. l. 25. c. 16. de Reform. quia Trident. solum loquitur de contractibus inter viuos, & irreuocabilibus naturâ sive: Tum quia verbum renunciatio, & obligatio hoc proprie significat. Tum quia loquitur Concilium de renunciatione, seu obligatione, que necessariò professione facta esset effectum habitura;

Tom. VI I.

vt constat ex illis verbis, ac non alias intelligatur effectum suum fortiri, nisi secuta professione, altero ve-  
rò facta, &c. Deinde quia in testamento celsat finis  
huius decreti, qui fuit, ne vi renunciationis facta  
impeditur Nouitio à libero Religionis egressu,  
quod in testamento nunquam contingere poterat,  
cum semper liberum fuerit nouitio illua reuocare. Et  
ita docent Doctores, quos citat, & sequitur Castrus  
Palauis tom. 3. disp. 1. punct. 14. num. 11.

## RESOL. CLXVIII.

An Nonitus etiam Patrum Minorum, & Capuccinorum posset in suo testamento reservare electionem puellarum, quibus suis heres debet quotannis solvere certam pecuniam summaria?

Et an supradicta nominatio puellarum debeat fieri cum licentia Superioris? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 74.

5. 1. Negatius respondet Politius in Regul. Cap. Sup. hoc  
puc. cap. 6. num. 77. & alij, qui docent su- quod hic  
doceatur latè  
prædictos Religiosos non posse fulciperre ultimarum in to. 6. tr. 9.  
voluntatum executionem, ex Clem. Exiū s proinde, Ref. 15.  
de ver. significat.

2. Sed ego contrarium puto, etiam Nonitus sic ex FF. Minoribus, seu Capuccinis, quia in tali cau- cessat ratio d. Clem. non enim adiungit litigia, & pecuniae contractions, seu administrations. Nota tamen quod supradicta nominatio puellarum debet fieri cum licentia Superioris. Et hæc omnia docet Battholomæus de Vecchis in praxi Nonitorum, dispu-  
tat. 8. dub. 13. n. 2. & alij penes ipsum.

Sup. hoc no-  
minatione  
in §. vlt. R.  
not. præteri-  
ta, & in alia  
cius annos.

## RESOL. CLXIX.

An licitum sit Religioso suum testamentum ante profesionem factum, declarare? Ex part. 3. tractatu 2. Refol. 75.

5. 1. Negatius sententiam tenet Miranda in  
Manuali Pralat. tom. 1. quest. 23. art. 10.  
& alij penes Gasparum Thesaurum in qq. forens. q. 56. num. 3.

2. Sed contrarium sententiam, merito tenet Reginaldus tom. 2. lib. 18. cap. 27. numer. 197. Moneta de commut. ultim. volunt. cap. 5. quest. 1. numero 14.  
& alij, quos nouissime assert Bartholomæus de Vecchis in praxi nouit. dispu. 18. dub. 12. num. 2. quibus ego addo Hieronymum Rodriq. in compend. qq. Re-  
gular. refol. 10. 1. n. 50. qui citat Sanch. in summ. tom. 2.  
lib. 7. cap. 1. 1. num. 16.

3. Dico igitur posse Religiosum, etiam minorem Capuccinum declarare suum testamentum ante profesionem, dummodo tale testamentum dubius, vel obscurus voluntatis interpretari ne indigat, & Religiosus declarationem verbis conuenientem proferat. Vide Gozadinum consil. 41. num. 15.  
16. & 17. Ratio est, quia in tali cau Religiosus non dilipit, aliiquid, sed ostendit, quid actum sit in præteritum.

## RESOL. CLXX.

An legitima debeatur filii statim post professionem Patri?

Vel in tali casu si non debeatur legitima, obligentur filii alimenta à Monasterio petere?

Idem dicendum est, si filius Religionem ingrediatur.

Et an Religioso habenti Maioratum, fideique com-

K 2 missura